



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Innocentia crimen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Macro. Sa- tur. l. 5. c. 9. H. m. Iliad. ἀμασιόων ληθηες ἀχαίδες ἢ ἐτ' ἀχαίοι. Euri. lib. 9. Harat. l. 2. Epistol.

Ubi vero in monumentis iisdem muliebria videris incisa, argumentum est, imbelles, molles & inertes homines ab eo subjugatos, cujus nomen, vel nota superposita fuerit. Ad quod dubio procul respexit Homerus, cum Thersitem Græcorum pusillanimitatem increpantem his verbis inducit, καὶ ἔλατχε ἀχαίδες, ἢ ἐτ' ἀχαίοι. Id quod ad Numanum sese & sua gloriose jactantem non invenuste transtulit Maro, dum eum, ὁ Phrygia (neg, enim Phryges) in obsessa Trajanorum castra dicentem inducit. Alibi virorum negotia præscribit, ut hi bella pacemque gerere deberent. Et Horatius virilem Cleopatraz animum obstupefcit, quæ generosius perire quærens, ensem haudquam muliebriter minus expaverit. Apud eundem Tyrtaus Poëta non mulieres, sed mares potius animos in Martia bella verbis exacuit. Ovidius quoque in Enochum, cum militem virum esse debere assereret, *Ista mares trahant*, dixit, *tu spes deponere viriles*. Ad hæc Onirocritæ dicunt si princeps quisquam in fœminam se degenerasse per nocturnam sit imaginem arbitratus, futurum, ut loco deciciatur: propterea quod mulieres plurimum imperiis virorum subjiciuntur.

INNOCENTIA. CRIMEN. CAP. XXIII.

Quid per M. i. culum & fœminam in divinis significetur.

Non est hoc loco prætereundus sacrificii veteris mos, ubi per Masculi vocabulum, infontem, & nulla criminis macula notatum intelligi debere autumant Theologi: per fœminam vero, crimen. Cyrillus enim Levitico, homilia prima, sive ea sit Originis, ubi agitur de Vitulo masculino sine macula offerendo, masculum ait intelligi, qui peccatum ignorat: propterea quod fœmina sit peccati symbolum. Labilis enim, mollis, & ad delinquendum ptoelivis admodum est mulier. *Masculum viget sit munus quod Deo offert*, hoc est, muliebri nil habeat, concupiscētia vacet, fragilitatē aufugiat, nihil molle, nihil dissolutum meditetur. Et Masculi denique nuncupatio in Divinis literis virum indicat virtutibus perfectum, qui præsentī fortiq; animo semper est: cum mulier contra tantæ infirmitatis, ut Salomonis Sapiaentia dixerit, *Melior est iniquitas viri, quam mulier benefactions*, Et mares tantum stirpis Aaronæ jubet Dominus vesci sacrificato: quia scilicet non omnium est de Deo disputare, sed eorum tantum qui nihil fœmineum, nihil fluxum in cognitionibus habeant. Demum, ne de Deo disputare præsumamus, quamdiu per quasdam declinationes diffluentes, vel domesticas curas, vel inania negotia, à Masculorum dignitate vigoreque exciderimus. Similiter in victima peccati, Masculus tantum de genere Sacerdotali vescetur carnibus ejus: *ad penitentiam enim forti opus est sensu*, ait Hefychius, *& intentione virili*. Cui Psalmographus ita succinit: *Viriliter age*, vigoremque audacter amplectere, & in quamcunque provinciam te delegaverit Dominus, eam & alacriter suscipe, & non ingnaviter administra. Porro Vir qui testiculos avulsos habeat, in Divinis literis hieroglyphicum est hominis qui vitam prius pie sancteque institutam habuerit, juventutemque omnem bonis operibus exercuerit, ingravescente vero ætate ad nequitias & inquinamenta declinarit. Nam cum testes, uti superius ostensum est, virtutis indicia sint, evitatio mollitiem dubio procul & fœminationemque significat, ipso se vocabulo prædente. Vel, ut Hefychii sententia est secuisse, ille abstulisset; sibi testiculos videtur, cujus impius animus scelerataq; mens timorem Domini, veramque abjecerit pietatem: perinde ac si crudelis manus semet ipsum abscinderit, hoc est, sese à Dei conjunctione, quæ sita est in virtutibus, abstulerit, & bonæ frugis prole fœtificationeque privaverit, quippe abjecto signo per quod vera virilitas in homine cognosci possit.

ERGA PARENTES INGRATI.

CAP. XXIV.

Aniquorum autem religione institutum fuit, Gallos, æviratos quippe Sacerdotes, Deum Matri ministra-

